



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

25. De Basilio Magno, qui populo in templo virginis precante, vidit S.
Mercurium à B. Maria missum ad Iulianum Cæsarem occidendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

266. COLLATION. SACRAR.
DEVS, & dignos nos faciat seruitium eius
adimplere, &c. (Vide lib. 1. do offi. A. prefeti praet.
Aphrica.)

Amphilochius in vita D. Basilij Magni, & Per-
canisus loco citato. De Basilio Magno, qui populum
in templo virginis precante, vidit S. Mercurium
B. Maria missum ad Iulianum Caesarem occid-
dum.

CAP. XXV.

Iulianus Apostata saeuissimus Ecclesiarum
Istis, ad bellum Persicum profecturus, non
solum Basilio, sed etiam eius populum, cum
mum rediret ab hostibus, extrema fuerat
terminatus. Quare vir sanctus, ut sup. non
rum pauidos aduersus tyrannum immensum
mum tueretur, ieiunium populo triduanum
indixit, omnesq; in templo Deiparae virginis
quod in monte Dydimi situm erat, precantibus
gratia congregauit. Erat autem in eadem Ec-
clesia S. Mercurij martyris corpus recedens
qui per quietem Basilio sese obtulit, plane
affirmauit, se fecisse, quod a Deipara iulus
set, nimirum ut de Iuliano sumeret poenas
liq; communi hosti vitam tolleret. Basilio
potuit de apparitione non mirari, dictiq; quod
tyris monumentum in Ecclesia notum ad
& quae propè pendebant arma eiusdem
abesse sensit, sed paulò post lanceam caeli
liani sanguine rubetem illic restitui, alij
que deprehenderunt. Habuit ergo fidem

lius factæ apparitioni, & terrefactum adhuc
 populū benè sperare iussit, simulq; illos de
 morte tyranni Iuliani certiores reddidit, vr
 cuncti gratias clementissimo Deo agerent, qui
 summo discrimine ipsos & Ecclesiam tam be-
 nigne liberasset. Nec multò post, euentus do-
 cuit Basilium vera dixisse, & historiam. Liba-
 nius Iuliani quæstor Casaream veniens con-
 sumavit, qui in Persico & postremo illo Iulia-
 ni bello coram interfuerat. Narravit enim ig-
 notum quendam militem cum armis in excu-
 bis apparuisse, qui lanceam validè vibrans,
 terribili impetu confoderit Iulianum, qui que-
 mor abscedens nusquam comparuerit, cum
 ille blasphemus interim dirè vociferans exspi-
 raret. Tanram demùm vim habuit communis
 illa precatio, quæ auctore Basilio instituta, &
 invocata Virginis patrocinio corroborata fu-
 it, nimirum vt grauissima Ecclesie pestis Iulia-
 nus è medio tolleretur, & pius populus ab ira-
 tyranii sauitia illæsus persisteret. Eandem
 nauationem post Amphilochium repetunt
 Fulbertus Antoninus, (*In serm. de Deipara par-*
4. serm. tit. 5.) Nauclerus: alijque complures
 multa id genus exempla de Mariæ templis, &
 factis ad illa peregrinationibus, acceptisq; be-
 neficijs, coniunctisque miraculis præclare scri-
 pherunt.

De historia belli Liuonici, De quadam matrona Lu-
thica, que sacro assumpta virginis Mariæ die vo-